Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Medicine euacuantes cerebrum ab humoribus frigidis

ut ℞ pillularum de yera simplici
Galieni, agarici electi ana ℈
j. ʒ iij. grana v. reformentur
pillule vj cum succo maiorane
et exhibeantur. In ipsis vero
accipiendis obseruentur canones
generales qui obseruantur a sump-
tione cuiuslibet solutiui, quam-
uis quod accipiant in aurora
distantes per ix. horas uel viij
a cena et dormiant per mediam
horam aut per horam si fuerit forte
et quod non exerceat se forti ex-
ercitio sed lentius et quod non
fricetur fortiter, sed ipsam sepe
super ventrem inferiorem ponat
et quod post iiij horas postquam acci-
piant ʒ vj aque ordei cum
ʒ ß zuccari in estate. In ye-
me vero accipiant tot ʒ
brodij pulli cum predicto zuccaro
et quod stet per horam antequam
prandeat. Secunda minoratiua
generis est hoc ℞ agarici electi
ʒ ij aque saluie ʒ j ß aque
maiorane uel lauri ana ʒ j
ʒʒ ℈ j infundatur agaricus
in predicta aqua per diem naturalem
deinde in aurora calefiat tota
et coletur et exprimatur
et colatura ista detur calida in
potu ut est. Tercia vero medi-

Pille de sarcacolla in dolore capitis

cina fortis debilis de meis
expertis est ut detur in potu
℈ j aut ʒ ß pillularum de sar-
cocolla maiori descriptione
Mesue. Si autem medicinam fa-
cere debilem forte ut appreci-
atam volueris, ad educendum

Ad flegma liquidum et mucillaginosum

flegma liquidum et mucilla-
ginosum poteris describere taliter
℞ sticados ysopi ana ʒ ß
pulueres hermodactilorum ℈ iiij
masticis ʒʒ florum rosma-
rini ana grana vj agarici ℈
ij turbit ℈ j aque saluie aque
ysopi ana ʒ j ß pulueres omnes
infundantur simpliciter in aqua
hermodactilus vero agaricus
et turbith prius ligentur in
sindone et infundantur in ea

Nota

per diem naturalem, post hec
autem calefiant et colentur
et exprimantur et cum ʒ j
mellis rosati colatis, hec
aqua in potu exhibeatur.
Secunda vero medicina huic co-
similis poterit esse talis ℞
yere simplicis ʒ ß agarici
electi ℈ j ʒʒ grana iiij aque
saluie betonice maiorane
uel lauri ʒ j exhibeatur ut
supra. Ad hanc etiam intencione

diuisiones materiarum a capite

deseruiunt omnes diuer-
siones materierum a capite
ut lotiones pedum cum aqua
decoctionis maiorane saluie
mellisse pulegij sticados
calamenti foliorum lauri ori-
gani anthos et similium. Similiter
et ligature extremis partibus
applicate super cauillis genu-
bus cubitis et adiutorijs etc.
Ad hoc etiam fricationes super eis-
dem. Item etiam spatularum fri-
cationes cum furfuribus, et pul-
ueribus sticados maiorane pu-
legij et similium. Item vento-
sitates sine scarificatione super
spatulis facte et similia ingenia
breuitate obmissa. Hec de
prima intencione, et sequitur 2a.

Secunda intencio

De quinta vero die post premissum
euacuatiuum digeratur materia
assumendo omni mane infra-
scripta uel ipso re aliquid hora
nona post cibum et dormiendo
postea horis duabus et tardan-
do cibum horis x saltem, et
euitandum forte exercitium ut